
P R A E F A T I O.

Alexander, quum, Asia et India usque ad Hyphasis domita, reverti coactus esset, animo Macedonum et bellis et laboribus continuis fracto, qua ratione fines imperii sui et constitueret firmos, et ipse videret cognosceretque, animo cogitabat. Terminos Asiae ab occidente natura ipsa firmaverat maribus; Libyam ab Aegypto, Arabiam a Syria et Babyloniam ingentia dirimebant deserta; terminos septemtrionales ab Armenia usque in Indiam ipse cum exercitu percurrerat viator; restabant termini orientem et meridiem versus, nondum certi exploratique. Classe igitur in Hydaspe exstruxta, per Hydaspem Acesinem et Indum usque ad oceanum navigabat, gentibusque ad

* 2

utram-